



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur  
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 442. Leonis Pap. Annus 3. Theodosii 35. Valentin. 18.  
Impp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14573**

profiterentur, quod statutum fuisset in Concilio Taurinensi. cuius Ecclesie Maximus erat Episcopus: Eius quidem Ecclesie Episcopos convenire contuissent cum Episcopis Gallie Narbonensis & Lugdunensis, epistola etiam S. Gregorij Papae significat: pareciamque Taurinensis Ecclesie intra limites Franchorum regni propagasse terminos, eundem Gregorij Papae littere data ad Theodorium & Theodoretum Franchorum Reges ostendunt. Quatuor hoc eorum saeculo alius in Gallia Maximus Episcopus Tolosanus, de quo inferius dicturi sumus.

Est celebris etiam memoria inter alios Patres, qui huic Concilio interfuerunt, Constantini Episcopi Vapingensis Ecclesie, consignata tabulis Ecclesiasticis: quod enim sanctitate claruerit, eius natalis dies in Ecclesia Catholica annuatim reperitur pridie Id. Aprilis, quae & alij Gallicano Concilio interfuisse scimus ex Synodali epistola ad sanctum Leonem Romanum Pontificem scripta. Augustalis quoque Episcopi, qui itidem dicitur Synodo subscriptus habetur, quinto Id. Septemb. memoria in Ecclesia colitur. Tot igitur clarissimi Antistes Synodum Arafticanam, licet paucorum Episcoporum numero congregatam, reddidere in omnibus celebrem & illustrem. Porro ut tot insignes doctrinae & sanctitatis viri in eisdem provincijs inveniuntur, id praestitisse videtur celebrisimum Lerinensis insulae proximae adiacentis terrae cenobium, sanctissimorum Episcoporum seminarium, de ipsa enim sanctis geminibus fertili Sidonius Apollinaris in carmine Eucharistico ad Faustum Episcopum Regensem his meminit versibus:

Fratribus insipians, quantos illa in insula plana  
Miserit in colum montes: qua sancta Caprasia  
Vita sancti, nomenque Lupae: qua gratia patrem  
Manfit Honoratum fuerit quis Maximus ille,  
Vrbem tu cuius Monachus, Antistes & Abbas  
Dixit successor agis. Celebram quoque laudibus illis  
Euchery veniens, iter redeuntia Hilarij.

De eisdem meminerunt S. Eucherius, & Casarius Episcopus Arelatenfis, cum eisdem celebrat laudes cenobij Lerinensis. Porro non omnes constat enumerasse Sidonium, quem Salonium eiusdem insulae (ut modo vidimus) a puero accolam S. Honorati Abbatis alumnum praetermississe liquet, verum & certum est praeterisse Vincentium virum doctissimum, cognomine Lerinensem, cuius alij meminerunt.

Sed accipe ex S. Eucherij libro de Eremi laude fragmentum, ubi agens de viris sanctissimis eiusdem Lerinensis insulae habitatoribus, haec inter alia, postquam eisdem profecurus in insula laudes, ad finem habet. Digna, qua Honorato auctore fundata sit, qua lectu insistanti tantum nata sit patrem, Apostolice spiritus vigere & valius honore radiantem. Digna, qua illum suscipiens ita emittet: Digna, qua praesentissimos alar monachos, & ambrosios praesertim sacerdotum. Hoc nunc successorum eius tener Maximus, nomine clarum, qui post ipsum meruit adscribi: Haec habuit venerandi nominis Lupam, qui nobis illum ex tribu Benjamin Lupam retulit: Haec habuit germanum eius Vincentium, interno gemmam splendore perspicuum. Haec nunc possidet venerabilem orantem Caprasium veteribus sancti patrem: Haec nunc habet sanctos seculi alios, qui diuisis cellulis Aegyptios Patres Gallis nostris intulerunt. haec ex Eucherij commentariolo de laude Eremi ad Hilarium scripto, haud pridem Parisijs cuncto solertia doctissimi Genebardi. At de clarissimi viris, qui his temporibus in Narbonensi Gallia floruerunt, & huic Concilio interfuerunt, de quo magister & alumnus Lerinensium monachorum haec dicitur.

Actum autem in hoc Concilio a Patribus constat de recipiendis diversis generis penitentibus: sed & praescriptam formam excommunicandi aliquem, & reconciliandi excommunicatum, habet appendix: composita vero a lia in hac Synodo reperitur esse statuta ad conferendam innotatam Ecclesiasticam disciplinam. Illud vero ad postremum adiecere Patres, ut nullus conuictus sine alterius futuri conuictus denunciatione soliquatenus in peccatis, Synodum absoluerit: Ita, sequenti anno (si Domino nostro iusu

Christo permittente conceditur) die decimo quinto Kal. Nouemb. in Araftico territorio conuentum habeamus. haec Patres, non extat illud quidem: quod verò reperitur posterius Arafticanum Concilium, haud sequenti anno, sed longe postea collectum fuit, ut suo loco dicemus.

Quod reliquum est rerum gestarum annihuius: sub eodem Cyri Consulatu haec habet in Chronico S. Prosperi Theodosius Imperator bellum contra Vandalos inuenit aerebundo & Anaxillo atq. Germano Ducibus cum magna classis directis: qui longu castationibus negotium differentes, Sicilia magis oneri, quam Africa profusio fuerunt. haec Prosper. His igitur magis magisque barbari Regis animus iracundus, in Catholicos Christianos, quos subegerat, commotus est: ex qua quidem re & quae reliqua erant in Africa sub dirione Valentianae Imperatoris, grauis fluctuare ceperunt: quam obrem ab eo & Galla Placidia matre illam inuitum consilium est, ut cum Gensericum pacem componeret, sic consilium putantes tum Catholice pietatis, tum etiam locis haec tenus Romano Imperio iusto dicit. Porro praesentia est anno sequenti, dicemus de ipsa suo loco.

I E S V C H R I S T I  
Annus 442.

LEONIS PAP. THEODOSII 33. IMP.  
ANNUS 3. VALENTIN. 18.

CONSULIBUS NOVIS DIOFOTRO & EUDOXIO NOMIS aperiatur annus Domini quadringentesimus quadragimus secundus, quod (inquit S. Prosper) cum Gensericus Vandalorum in Africa Rege pax est confirmata, & eorum in Africa inter vtriuque diuisa est. vnde & factum est postea, ut Carthagine 300 morantibus Catholicis Christianis, impetrarent idem Valentianus, Augustus a Genserico Episcopum ordinari: quando id acciderit, suo loco dicendum. Quae autem hoc anno idem Rex barbarus a suis sit passus, & quid ipse in eos, idem S. Prosper sic narrat: in Gensericum apud suos de successu rerum superbiorem quidam opinantes ipsius exspectauerunt, sed molitione directi a multis ab eo suspicio excruciatu atq. extincti sunt. Camo, idem audendum alij etiam videretur, multum Regis suspicio excruciatu fuit, ut haec futura plus videretur perderet, quam si bello superaretur. haec Prosper. Per opportunum quidem videri poterat hoc tempus Orientalibus inuadendi Africam: quod alijs saepe (ut vidimus) frustra tentarant, & ut id hoc ipso anno agerent, in Sicilia motas trahebant Romanus exercitus: sed hanc adeo opportunam ira Dei praecipuit occasionem: siquidem (ut idem Prosper & Marcellinus de Consulibus anni huius affirmant) Hunnis Thraciam & Illyricum seu a depopulatione vastantibus, exercitus, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem reuocatur Orientalis imperij. Sed quid de his Ioannis Diaconus, quem Paulum inscribitur, accipe: Per haec enim tempora Attila Rex Hunnorum, vir fortis atq. superbus, cum eum seuerum in Blea super Hunnos principaretur, Thraciam & Illyricum sua depopulatione vastabat, omnia in Sicilia & ciuitates in seruitutem redigens, praeter Hadrianopolim & Heracleam, qua quondam Perinthus vocabatur. Tunc exercitus Romanorum, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium provinciarum reuocatus: Cogitur ergo Theodosius legationem Attilae mittere, & sex milia librarum auri pro recessu praebens, mille librarum annuum tributum persolvere pollicetur. Sed huic ferme diebus tam terribili terram Roma concussa est, ut plurime ades eius & aedificia corruerent haec ipse: quae autem subdit de Brianis, suo loco dicemus.

Interea vero Gensericus (quod tyrannorum est timere omnes) caedes exercebat in eos, quos vel leuis suspicio, vanae cogitatione superinducta deherret. In Christianos autem, quos sciret penitus exarmatos, & quicquam in Regem molituros esse, nec quidem vel fingi poterat, agere poena exilij & deportationis contentus fuit, si quid quicquam in eum quoquo modo oblocutum scisset. Nam

XVIII

III

I

EXERCITVS SICILIAE REVOCA- TVR. Paul. inae l. 14. prope fin.

II

a v. Horde  
p. p. ad  
p. p. ad  
d. l. i.  
GENE  
R. CYS  
P. RSE  
Q. VIV  
CHRIST  
ANO  
GATHO  
L. COS  
\* Aquie  
da.

audi Victorem \* scriptis suis persecutionem Wandali-  
cam prosequentem: Si forte (inquit) quisquam, ut moris est E-  
piscoporum, dum Dei populum admoneret, Pharaonem, Nabucho-  
donosorem, Holofernem, aut aliquem alium similem ne ninisset: ob-  
gibatur illi, quod in personam Regni illa dixisset; & statim exilio  
trudatur. Hoc enim persecutionis genus agebat hic aperte, alibi  
occulte, ut piorum nomen talibus insidii interiret: qua de re pluri-  
mos sacerdotum tunc nominum relegatos, sicut Vrbatum Girben-  
sem, Crescentem Metropolitanum Aemilianam civitatis, qui cen-  
tum viginti Episcopi praesit, Habedum Thendalensem, Enstra-  
rbium Suffetanum, & Tripolitanos duos, Vicesabratenum, &  
Cresconium Ensem, & Adrumetina civitatis Felicem Episcopum,  
ob hoc quod suscipisset quendam Joannem monachum transmarini-  
um, sed & alios multos, quos longum est enarrare. Quibus tamen  
in exilio positus, dum obitu advenisset, non licebat alios eorum  
civitatibus ordinari. Inter has tamen Dei populus (licet sine Epi-  
scopis esset) in fide consistens, ut exarum apud ceres ad fiduciam  
mansiones crescendo, melles fidei calculi firmabatur; ut impretur  
illa sententia: *Quanto eos affligebat, tanto magis multiplicaban-  
tur, & inualescebant nimis, huc utque Victor.*

b Exod. i.  
III.  
CONCI-  
LIUM VA-  
SENSE IN  
GALLIA  
NAXBO  
NENSEL

Sub eodem Diofcori Consiu celebrata habetur Vase-  
nsis in Gallia Narbonensi Synodus provincialis secun-  
da, quam alij a Vafione, Vafionensem appellandam pu-  
tant: non aut Vafatensis dicenda est a Valatis (quod corri-  
gendam perperam dictum proponimus) nam sunt Vafates  
populi prope Burdegalam, verum qui huic synodo inter-  
fuerunt Episcopi, Arelatensis potius fuisse provinciae cer-  
tum est, & procul abhorret, ut ipsi Vafatis convenisse di-  
cantur. Sed non memis accuratum leorem, sub huius anni  
Synodo Vafensi, seu potius Vafionensi, non vnius Con-  
cilij canones contineri, sed triplicis: Huius videlicet con-  
ventus, qui celebratus ibi ponitur hodie anno sub Consula-  
tu Diofcori; rursus verò illius Synodi, quae notata reperit  
sub Consulatu Decij Iunioris, anno Domini quadrin-  
gesimo sexagesimo tertio, quae ordinata extra ponenda  
est; secunda verò, de qua agitur, sub Consulatu Diofcori:  
Prima autem Vafensis est illa, Constantio imperante, ce-  
lebrata sub Nectario Viennensi Episcopo, cum Arianam  
haeresin inualeceret; quod constat Adone auctore, nosq;  
suo loco de ipsa superius legimus: cuius illa certa sunt ca-  
pita huic in textu, nempe quartus canon de canendo Tri-  
sagio, & quintus de hymno, Gloriam Patri, &c. in omnibus  
clausulis adiungendo: haec eadem tunc statuta sunt con-  
tra doctrinam Arij, factumq; ut occiderentur in omnibus  
diuinis mysterijs laudes sanctissimae Trinitatis. Secundum  
autem Concilium Vafense, de quo est sermo, nihil praeter  
notam Consularis habet certi; quod consuli simul sint  
canones eorumdem trium Conciliorum. At de his satis.

c Ado in  
Chron.  
ann. Da.  
337.

IESV CHRISTI  
Annus 443.  
LEONIS PAP. THEODOSII 36. IMP.  
Annus 4. VALENTIN. 19.

c I.  
MANI-  
CHAEI  
VBIQUE  
DETRE-  
CTI.

QUADRINGENTESIMVS quadragesimustertius  
Christi annus, Maximo atque Paterno consulibus,  
publicis Fastis adnotatur: quo Romae haec a S. Leone Papa  
acta esse, Prosper narrat in Chronico: Hoc tempore plurimos  
Manichaeos intra Urbem latere, diligentiâ Papa Leonis innotuit:  
qui eos de secretis suis erutos & exulatos totius Ecclesiae publicos, o-  
mnes dogmatis sui turpitudinem & damnare fecit & proderi, in-  
censis eorum codicibus, quorum magna moles fuerunt intercepta.  
Qua cura vero sancto diuinitus (ut apparuit) inspirata, non solum  
Romana Urbi, sed etiam vniuerso Orbi plurimum profuit: siquid-  
dem coram suibus in Urbe captorum, qui doctores eorum, qui  
Episcopi, quive presbyteri, in quibus provincijs, vel ciuitatibus de-  
gerent, patefactum est. Multiq; Orientalium partium sacerdotes  
inducti: iam rectoris imitari sunt, haec Prosper: quae quidem  
propagata esse in sequentem etiam annum & posterioraq;

data ab eodem S. Leone epistola docent, de quibus dice-  
mus inferius.

Quae autem in his peragendis industria & diligentia  
Leonis Papae plurimum commendatur; enituit illa quid-  
dem cum in alijs inquirendi modis, tum etiam in admo-  
nendo frequenter pro concione populo, ut in Manichaeis  
indagandis inuigilaret; qui & vt eos magis execrabiles ip-  
sis Romanis redderet, eorum errores publicis concioni-  
bus patefecit, & inter alia istis verbis: *Vi autem in omnibus,  
dilectissimi, placeat Domino vestra deuotio: etiam ad hanc vos ber-  
tannam indostriam, vt Manichaeos vbiq; latentes vestris presbyteris  
publice. Magna est enim pietas proderi latebris impiorum, & ip-  
sum in eis, cui seruauit, diabolum debellare. Contra istos enim, di-  
lectissimi, omnem quidem Orbem terrarum, & totam vniuersam, Ecclē-  
siam decet fidei arma arripere. Sed vestra in hoc opere deuotio debet  
excellere, qui in progenitoribus vestris Euangelium Crucis Christi  
ipso beatissimorum apostolorum Petri & Pauli ore didicistis.*

II.  
d Leo se  
4 de Cal  
sed.  
ROMA  
NORVM  
RES PER  
S. LEON  
HABUIT  
COL  
III.

Non sinantur latere homines, qui legem per Moysen datam in  
qua Deus vniuersorum conditor ostenditur, respiciendam esse non  
credunt: Prophetis & sancto Spiritu contradicunt psalmos Davi-  
dicos, qui per vniuersam Ecclesiam cum omni pietate cantantur,  
damnabili impietate ausi sunt refutare: Christi Dominum natura-  
lem secundum carnem negant, passionem & resurrectionem eius si-  
cullatam fuisse dicunt, & non veram: Baptisimum regenerantis  
totius gratia veritate dispoliant: Nihil est apud eos sanctorum uil  
intra, nihil verum. Caenodis sunt, ne cuiquam noc. au: pro-  
cedendo sunt, in in aliqua ciuitate nostrae parte consistant: Vobis, di-  
lectissimi, ante tribunal Domini proderi, quod inuicemus, quod  
rogamus. Dignum est enim, vt ei emolynarum sacrificio & huius o-  
peris palma iungatur, hac ipse concionatus ad populum de  
Collectis agendis, pium honorificum que esse declarat,  
prodere deserereque latentes haereticos, dignumq; Deo  
sacrificum pietatis esse, huiuscemodi Deo licere hostias.  
Quis enim aequo animo ferat, luculentum apud impidi-  
dissimos inquinare fontes, & abominationem stare in lo-  
co sancto? Merito igitur vigilantissimus Pontifex de his  
populum publice monuit.

Rursum verò de quibus signis Romani cognoscere queat  
atque detegere Manichaeos, alia eadem concione decla-  
rat his verbis: *Nulla itaq; vos contagionis huius affert impie-  
tas, qui sua maxime obseruantiâ polluantur, seruientes creatura po-  
tius, quam creatori, & luminaribus caelestium abstinentiam de-  
nonentes: quos nemo esse ambigit Manichaeos, qui in honore Solis ac  
Luna, die Dominica & secundâ feriâ deprehensi fuerint reuolare  
Vno enim peruersitatu sua opere bus impijs, bus profani sunt, qui re-  
iunium suum & ad siderum cultum, & ad resurrectionem Christi  
instituta contempserunt, & paulo post: Cumq; ad regendam in-  
fidelitatem suam, nostris audeant int. resse myst. rjs. ita in a-  
ramentorum communiore se temperant: vt inter dum taciti, lateant,  
ore indigno Christi corpus accipiunt, sanguinem autem redemptio-  
nis nostrae hauriret nuntio declinant. Quod illos vestram solennem  
sire sanctitatem, vt vobis huiuscemodi homines & ex his manifesta-  
sentur indigni; & quorum detecta fuerit sacrilega simulatio, nos aut  
& proditi, a sanctorum societate, sacerdotali auctoritate pellantur.  
haec ipse.*

VI.  
VII.  
VIII.  
IX.  
X.  
XI.  
XII.  
XIII.  
XIV.  
XV.  
XVI.  
XVII.  
XVIII.  
XIX.  
XX.  
XXI.  
XXII.  
XXIII.  
XXIV.  
XXV.  
XXVI.  
XXVII.  
XXVIII.  
XXIX.  
XXX.  
XXXI.  
XXXII.  
XXXIII.  
XXXIV.  
XXXV.  
XXXVI.  
XXXVII.  
XXXVIII.  
XXXIX.  
XXXX.  
XXXXI.  
XXXXII.  
XXXXIII.  
XXXXIV.  
XXXXV.  
XXXXVI.  
XXXXVII.  
XXXXVIII.  
XXXXIX.  
XXXXX.

Sed quid obortum & introductum Romae ex pessima  
haec Manichaeorum Solem adorantium consuetudine: Il-  
lud quidem, quod Fidelium nonnulli id ipsum sollicitus  
facilitarent, quod eos facere viderent, qui obsecrantissi-  
mi esse videbantur extrinsecus Christiani, licet clam  
essent perfidi Manichaei: nimirum vt planè nescientes, sicut  
illi, & isti Solem adorare quodammodo viderentur: faci-  
le enim fuit in Christianos eiusmodi irreperere superstitionem,  
cum alloqui pie sancteque ad Orientem conuersi  
Deum adorare solerent. Qui igitur signa, quibus Mani-  
chaei detegi possent, aperuit, idem S. Leo, ne quid commu-  
ne cum illis esset Fideli populo, interdixit: vt ex eopeni-  
tus apparerent, qui re vera Manichaei essent. Cum ergo &  
ex maiorum praescripto Christiani adorare nomen con-  
sueverent ad Orientem conuersi, & id ipsum etiam faci-  
tare Manichaei solerent Solem colentes, interdixit tunc ipse  
Catholicis eiusmodi ad Orientem Solem vsum adorandi,  
cum ait: *De talibus instituta illa generatur impietas: vt Sol in-  
obratione diuina luci a quibusdâ insipientibus de locu eminentibus*

c Leo in  
4 in Rom  
de vbi  
LEONI  
ADMON  
T. O. D.  
M. A. N.  
C. H. A. I.  
D. E. T.  
G. E. N. S.  
V.  
VI.  
VII.  
VIII.  
IX.  
X.  
XI.  
XII.  
XIII.  
XIV.  
XV.  
XVI.  
XVII.  
XVIII.  
XIX.  
XX.  
XXI.  
XXII.  
XXIII.  
XXIV.  
XXV.  
XXVI.  
XXVII.  
XXVIII.  
XXIX.  
XXX.  
XXXI.  
XXXII.  
XXXIII.  
XXXIV.  
XXXV.  
XXXVI.  
XXXVII.  
XXXVIII.  
XXXIX.  
XXXX.  
XXXXI.  
XXXXII.  
XXXXIII.  
XXXXIV.  
XXXXV.  
XXXXVI.  
XXXXVII.  
XXXXVIII.  
XXXXIX.  
XXXXX.